

» seu inobsvrantiam semel et pluries et quoties opus fuerit confi-
» tendum, recognoscendum, et ad petendum, audiendum, et reci-
» piendum ipsorum ducis, rogatorum, et dominii nominibus et pro-
» ipsiis omne praeceptum omnemque monitionem, condemnatio-
» nem, sententiam atque mandatum, quae, quod et quam praedi-
» cti domini camerarius, vicecamerarius, auditor, viceauditor,
» regens, locumtenens et commissarius et alii judices et officiales,
» seu ipsorum locumtenentes et eorum quilibet contra praedictos
» dominos ducem, rogatos et dominium, terras, loca et bona prae-
» dicta facere et ferre voluerint et eis sponte acquiescendum et
» ad submittendum et resubmittendum propterea praedictos d.
» ducem, rogatos, consiliarios et dominium pro praemissis firmiter
» observandis jurisdictioni curiarum supradictarum et cuiuslibet
» ipsarum, et ad volendum et consentiendum expresse quod ipsi
» domini camerarius, vicecamerarius, auditor, viceauditor, regens
» et locumtenens et commissarius et alii judices et officiales contra
» praedictos d. ducem, rogatos, consiliarios et dominium ejusque
» singulares personas excommunicationis sententiam et per inter-
» dicta quaecumque ferant, promulgent et decernant, aliasque
» processus reales et personales gerant et faciant quos voluerint
» et dicto summo pontifici nunc et pro tempore existenti et sacro
» collegio visum fuerit expedire : Et generaliter omnia alia et sin-
» gula faciendum, dicendum, gerendum et procurandum, quae in
» praemissis et circa ea necessaria fuerint, seu opportuna etiam
» si talia forent, quae mandatum exigerent magis speciale, quam
» praesentibus est expressum. Promittentes insuper dicti domini
» oratores, sindici et procuratores nominibus quibus supra eidem
» S. D. N. ibidem praesenti et acceptanti, sacro collegio et came-
» rae apostolicae et mihi notario publico infrascripto tamquam
» publicae et authenticae personae pro eis et quolibet eorum so-
» lemniter stipulanti et recipienti, ac vice et nomine omnium et
» singulorum quorum interest, intererit aut interesse poterit quo-
» modolibet in futurum se ratum, gratum atque firmum perpetuo